

Quæstio secunda

Contra arguitur quod instans non sit mensura temporis scđm prius et posterius quia instans non potest comparari tempori in magnitudine et paritate sive sumatur finicies sine infinitis nunquam enim potest redere tempus sicut nec infinita puncta reddunt lineam. Item punctum non mensurat lineam ergo nec istas tempus. Item est quod instans non continuat partes temporis quia continuitas temporis est ex continuitate motus ergo non est per instans. Item partes temporis sunt immediate ergo instans non dividit partes temporis. Item est quod instans sit divisibile quia unum instans est finis unius temporis et principium alterius hoc autem non potest esse secundum idem T. L. 125. dic quod est respectum diversorum quod est finis posteriorum.

Mono arguitur quod licet modo non dicit tempus posterum quia verum est dicere ego sum modo et similiter verum est dicere ego sum nunc. Item verum est dicere ego fui quando fuisti ergo licet tunc non semper signant tempus determinatum duobus instantibus quia possibile est quod nos fuerimus solum per instans sicut quando dicimus quod tunc primo aera fuit illuminatus.

Ad primum dicendum secundum multos thomistos et capre. in. 2. quod triplex est nunc sive instans primum est eum quod est invariabile secundum esse et essentia de quo postea secundum est nunc temporis quod variatur secundum esse quamvis secundum essentiam sit idem in toto tempore et est causa eius sicut punctum est causa linee secundum imaginationem geometricam nec est tempus aut pars eius nec terminus temporis vel continuatum eius. tertium est quod terminat et continuat tempus quod nec mobile nec motum mensurat sed mutata esse et non est idem in toto tempore secundum substantiam de his. s. tho. opu. 36. c. 3. ubi querit utrum instans sit de substantia temporis et dicit quod sic. Quidam tamen non ponunt nisi unum instans secundum essentiam sed dicunt quod est aliud et aliud secundum rationem sed queritur quid intelligitur per rationem si operatio intellectus ergo secluso intellectu in toto tempore nullomodo erit aliud et aliud in instans. Forte dicitur quod est aliud et aliud secundum rationem id est secundum esse ergo adueniente posteriori oportet primum esse corrupti vel corruptum esse quia alias duo esse simul est. Et tunc queritur an illud primum instans secundum unum esse sit corruptum in ipso et primum instanti vel in aliquo alio si primum ergo corruptum est quod est et deducatur argumentum sicut prius respondet. s. t. opus. 44. ca. primo quod hec argumenta bene probat quod est idem nunc secundum substantiam in toto tempore secundo dicitur quod verum est quod cuiuslibet continui finiti permanentis sui duo termini differentes secundum rem hoc tamen non oportet in successu. 3. dicit quod nullus tempus est actu infinitum quod nullus tempus est actu divisi ab alio. Quarto dicitur quod illa non dicitur esse simul que sunt in eodem instanti scđm essentia vel subiectum. sed oportet quod sit in eodem nunc scđm esse et scđm rationem. i. scđm essentiam. Et per hoc soluuntur argumenta.

Ad scđm tenendo aliquid nunc non semper manere idem diceretur primo quod accidentia nec proprie generantur nec corruptuntur. Et si queratur in quo est illud instans dicitur quod est in celo mediante motu nec proprie acquiritur per motum. potest tamen dici quod illud instans simul corruptitur et corruptum est. Et si ob-

Articulus quartus

catur illud instantia est in subiecto divisibili ergo est divisibile. Negatur consequentia. Et nota quod non in conuenit ipsum instans simul trahere et desistere esse per primum instantis esse et per ultimum instantis esse. Et ideo non sequitur hoc desinere esse ergo non est.

Ad tertium dicitur quod in definitione ipsius numerus capit pro mensura habet tamen secundum modum pluralitatis. scđm quod est alterum et alterum. Ad altitudinem dicitur quod licet mobile quod fertur secundum se sit quantitas et divisibile tamen si capiatur ut non variatum per prius et posterius in motu sic habet rationem in divisibilis et mensuratur per nunc in divisibile. Ad aliud dicitur ut prius. Ad aliud dicitur quod licet nunc non sit quantitas in actu tamen est principium quantitatis continua. s. t. opus S. T. pri. p. q. 10. ar. 4. ad. 2. dicit quod ipsum nunc est idem secundum subiectum in toto tempore sed differt ratione in quantum alternatur et dicit quod fluxus ipsius nunc secundum quod alternatur est tempus. et ex hoc quidem eliciunt quod nunc fluens non est tempus nisi captus formaliter pro ipso fluxu si enim ipsum nunc esset tempus ergo ipsum nunc haberet prius et posterius quod tam est finalis de primo nunc in quo mundus fuit creatus in quo incepit tempus non sicut in mensurante esse eius sed sicut in eo a quo igitur eius productio secundum San. Tho. in seculo vi. i. ar. 6. ad. 4.

Ad quartum dicendum est supra. Nec inconvenit quod una mensura habeat aliam mensuram quo ad nos et a posteriori.

Ad quintum ita dictum est. Quidem dicunt quod ipsum nunc est subiectum temporis id est nichil est de tempore secundum se totum presentis nisi ipsum nunc. Sed dubitatur quod modo est possibile quod subiectum instantis permaneat in toto tempore et tamen habeat aliud et aliud esse quia accidentis esse est inesse ergo si perdit primum esse sequitur quod perdit inherentiam quam prius habebat. Item quod perdit esse corruptitur simpliciter ergo si subiectum instantis perdit precedens esse sequitur quod corruptitur. Dicendum non valet quod sicut alias dictum est quando forma intendit.

Ad sextum dicitur quod divisibile et in divisibile sicut simili. Ad aliud dicitur negando consequentiam ut patet de punto quod ex suo fluxu causat lineam et taliter non est pars eius. Ad aliud dicitur quod fluxus instantis non est motus sed tempus. sed contra instans suo fluxu facit tempus ergo fluxus distinguitur a tempore alias sensus essent instans tempore facit tempus. Item fluxus rei est in re. se tempus non est in instanti. **A**d septimum dicitur quod linea est numerus numeratus et tamen non componitur ex indivisibilibus. Ad aliud dicitur quod tempus infinitum est numeratum secundum suas partes et quelibet pars temporis est numerabilis quantum est ex parte sua. Sed queritur ex quo tempus est numerus et similiter ipsum nunc an sit binarius vel ternarius dicendum quod tempus aliquando accipitur per modum binarium dicens due hore vel dicitur quod hec est divisione numeri formalis: unde licet sit numerus tamen non est collectio unitatum.

Ad octavum dicitur quod instantia potest dici mensura terminationis ipsius temporis non autem mensura adequationis San. Tho. lec. 18. dicit quod nunc mensuratur tempus ut est alterum et alterum et non ut est idem subiecto vide Sanctus Tho. opus. 36. c. 3. continuities temporis est ex motu materialiter et

le filij